

Universitätsbibliothek Wuppertal

Svidae historica caeteraque omnia, que ulla ex parte ad cognitionem rerum spectant

Suida <Fiktive Gestalt>

Basileae, 1581

Quaedam e clarissimi et doctissimi uiri Ioachimi Camerarij annotationibus
ad Suidam Græcum, excerpta et conuersa ab Hieronymo Vuolfio

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-313)

ΔΕΥΤΕΡΑΙ ΦΡΟΝΤΙΔΕΣ,

HOC EST LOCA ALIQVOT CORRVP TA

Graci Suida, inter relegendam Latinam conuer- sionem animaduersa.

IN uoce ἀδιαφορία, pro πρηνήμε- να & ἀπρηνήμενα, lego πρηνή- να & ἀπρηνήμενα. deinde pro, τὴν δε εὐεξίαν, ἀμοιβῶν δοκιμασίᾳ: τὴν δὲ ἀξίαν. Equidē stupori meo succēseo, qui mendum hoc ex absurditate, & ijs quæ præcedunt, nō animaduenterim. Sed & nūc quid sit ista ἀμοιβῆ, nō satis assequor. Sūpta enim hæc sunt è senticetis Stoicorū.

ἀκέραιον.) καὶ τὸ ἀπολλύμενον οὐκ ἴσων.) Pu- to negationem tollēdam. præsens enim tantū nostrum esse ait: futurū & præteritum, alienum. Senex ergo nihilo plus amittit moriens, quā infans modò natus: & si diutius uixerit.

ἀναξιμένης.) ἐχθρὸν ὄντα ἀναξιμένης.) In- epta ταυτολογία Anaximenes ultus est Anaximenes inimicum. Quare legendum puto recto casu ἀναξιμένης.

ἀνθρώπος.) καὶ δι' αὐτῶν εὐδοκιμούντων.) Lau- dantur, nō qui seruantur, sed qui seruāt. Quare suspectus locus.

κατὰ πέντε τροπῆς.) Aut legēdum τρεῖς: aut locus est mutilatus.

ὁ ψεκᾶς.) Lego ὅτι ποιητῆς ὦν καλὸς, ὦν χορηγός, μικρολόγῳ ἐξήσατο τοῖς χορευταῖς, non χορηγοῖς.

ἀντίοχος.) πρὸς τὸν σωτήρη Φόρον.) F. ἀσωήθη. & ὅτι ὁ αὐτός. Idem.

ὅτι τῶν ἀθλων αἰών.) Sequitur: ἐργόζονε γὰρ εἰς ἕδεν.) Hæc sentētia seorsim ponenda est. Neq; enim cum superioribus cohæret: nisi aliquid desit.

ὅτι ἀντώνιος σατυρνῖνος.) Decepit me falsa distinctio: quæ huiusmodi esse debet: ἀξιάσει γὰρ αὐτὸν πείθεσθαι: κακία δὲ ἀκερδῆς μιν, σμῆνον δὲ ὅμως γὰρ ἀθλον. Hemistichion heroicum est in fine.

ἀρβαλακίος.) τὴν γὰρ ἐξ ἀρμενίας. Atq; Isaurum esse dixit. Quid ergò si legas? ἐξ ἀρ-

μονίας: quasi compositum & concinnatum dicas è tribus flagitijs.

ἀρδαβέρσιος.)πρατηγᾶ μὲν γεγονότος.) F.πρατηγῆς. & tamē ne hoc quidē satis placet. ἀρδαβέρσιος.) librarius uidetur omisisse: ἡλιδος τῆς.

ἀρετῆ.) ψυχῆ πεποιημένη. F. πεποιημένη. παρὰ τὸ ποιόν.

ἀριγνώτη.) ἐστὶ δὲ F. ἐτι δὲ. Sed & sic aliquid deesse uidetur. F. ἐτι δὲ δημητρια καὶ πρᾶτερα Cerealia.

γέρων ἔξ.) pro καθ' ἑρῶς fortasse legendum κατὰ καιρὸν.

ἔδεσσα.) pro παραφράκτες, fortasse κατὰ φράκτες.

ἐκ πάντος ξύλα κῆφον γένοιτ' αὐ.) Quid si κῆφον pro cuppa Latino dicatur? ut habēt recētioreς Græci multa μίξοβαρβαργ.

ἰαθμός.) inuertendus ordo uerborum, hoc modo: ἰαθμός, γῆ μεταξὺ δύο θαλασσῶν, πρῆμδος, θαλασσα μεταξὺ δύο γαιῶν. Sic dicitur διθάλαττος κέρμητος, bimaris Corinthus: & fretum Euboicum intra Eubœā & Bœotiam: Fretum Siculum, inter Italiam & Siciliam: itemque illud inter Sestum & Abydum.

θεόδωρος.) καὶ βασιλεὺς ἴ. ἔσεται. Sed βασιλεύσειν ἐλπίζων, uerum esse puto.

θεόδωρος.) ἐπεὶ δὲ σωκερλήτη πρὸ σοφιστικῆς.) F. ἐπειτα deinde in contentionem uenit de sophistica.

μαξιμῖνος.) ἐκ στωικῆς εὐγενῆς. F. τῆ ἀγενῆς, ex conscientia ignobilitatis suæ remouit patricios.

μέλιτος.) καὶ ἵππον αὐτῶν πολεμίων. potest ferri hæc lectio: ut si Hector iubeat sibi adduci equos Achillis. Sed qd si τῶν πολεμικῶν; equum bellicum & Mauortium.

ξενοφῶν.) τὴν στρατιὰν F. στρατηγίαν præturam siue prouinciam aut satrapiam.

QUAEDAM E' CLARISSIMI ET DOCTISSIMI

uiri Ioachimi Camerarij annotationibus ad Suidam Græcum, excerp- ta, & conuersa ab HIERONYMO VVOLFIO.

GATHOCLES & Grammatici cuiusdam nomen est.

AGATHVSA, uocata est Telys, infula una è Cycladibus. Stephanus ἀγάλλει.) Et equis & armis & cæteris rebus, quibus ornatur bellum. Thucydides lib. 6.

ἀγαπᾶν.) Quemadmodum poetæ sua

poemata, & patres, suos amant liberos. Plato de Rep. i.

ἀγαπήσθαι.) Bene secum agi putāto, qui id quod rogarint, è Lacedæmonijs audierint. Xenophon in Laced. Repub.

ἀγαπᾶν.) Satis esto ciui, sibi in sua ciuitate honorem haberi à populo. Aeschines contra Cresiphontem.

ἀγαθόν.) Hunc Cyrus ob docendi mansuetudinem admiratus est. Cyri institutionis lib. 3 & 6. Admirati mala facinora. Homerus Odysseæ 2.

ἄγγελοι.) Nūcium afferre poetæ. Proverbium. de republica 10.

ἄπὸ δυνάμεως ἀγκύραν ὀρμῆν. Binis ancoris niti. Demosthenes cōtra Dionysodorū.

ἀγορανομῶ.) Duo sunt ordines Aediliū apud Romanos. Plutarchus in Mario.

ἀγραυλοί.) Agraulus Cecropis F. non Aglaurus. Est & municipiū Erechtheiæ tribus. Stephanus: Tres sunt, à crescentibus frugibus nominatæ: Pandrosos, à roris abundātia: Herse Roscida: Agraulos, sub dio agitans.

ἀγροίκοι ὄργυλι.) Tametsi quippiam hoc agrestius esse dictum, dixerit. Isocrates in Philippica.

ANCHIALE, Iapeti F. & urbs. Steph.

ἀγχιπροφός ἢ μεταβολή. Subitò fit mutatio. Thuc. 2.

ADAMVS, Telluris & Cœli F. Item Ostasus & Andes & Saturnus & Rhea, & Iapetus, & Olympus. Stephanus in uoce Adana.

ἄδεια.) Impunitas impudentiam ingenerauit.

ἀδιέργαστος.) Isocrates in Philippica: Locus peculiaris, & à nemine omnino tractatus.

ἀδικημα.) Omnia huiusmodi uerba: ut, si quis fana spoliarit: si pdiderit: & id genus alia: priusquam iudiciū factum fuerit: criminum nomina sunt: Cū uerò in iudicium adductus, conuictusq; fueris: tunc iniuriæ fiunt. Demosthenes contra Aristocratem.

ἀδικῆν.) *εἰ μὴ ἀδικῶ γ' ἐγὼ*. Nisi fortè ego sum iniurius. Proverbium libro 10. Platonis de Republica.

ADONIDIS horti. Simplicius in 1. Aristotelis de cœlo: Equidem scio, istiusmodi temeritates, quemadmodum Adonidis hortos (ut dici solet) florere apud stupidos, & aliquid esse existimari: sed intra paucos dies deflorescere.

ADRASTVS, Peripateticus Philosophus, Aristotelis discipulus, Philippis, Macedoniae urbe, oriundus. Steph.

ADRASTIA, F. Melissi, qui fuit Ides F. quæ primū Troiæ regnauit: ut Charax tradit, Græcarum historiarum lib. 2. Stephanus.

ADRESTIA, nutrix Iouis, ut autor est Callimon. Scholiastes in Argonautica Apollonij lib. 3.

ADRIANI urbs, Stratonicia. Steph. *ἀδριάνα*.) Isocrates: Nec bene, nec male facendi facultate destitutus.

AERIA siue Actia, Aegyptus ab Actio quodam Indo. Steph.

AETIVS, interfectus est à Valente.

AZA, Gaza. Steph.

AZANIAM quidam uocant Arcadiam. Steph.

ἀεί.) Vt proverbio dicitur: Iste homo semper bonum utrem, bonum faccum agit. Ex Alexide Athenæus II. de uoracibus & bibacibus dictum uidetur.

φθγγέτω ἀειφυζῶν. Perpetuo muldetur exilio. Plato. 9 Legum.

ἀηδία.) Nulla potest ad molestiam accessio fieri. Demosthenes aduersus Olympiodorum.

ATHYR mensis Aegyptiorū, qui est Romanis Nouember. In commentario Arati de Pleiadibus.

ἀκακία.) Simpliciter simulatione faccum fecit iudicibus. Demosth. contra Euergum.

ACACVS, F. Lycaonis. Steph.

ACAENA. Callimachus: Ambo simul, stimulusq; boum, mensuraq; terræ.

ἀκείων.) Minerua tacebat. Iliados 9.

ACELLVS, Herculis F. è Malide ancilla Omphales, autore Hellæico. Steph.

ἀκμάζει.) Nondum confecimus quæ uolumus: sed ea omnia nunc uigent, diligentiam requirentia. Xenoph. Instit. 4.

ἔχ' ἔδρας ἀκμή.) Tempus hoc desidiam respuit. Soph. Aiace.

ἀκέλασον.) Missa fac petulantia uatum oracula. Eurip. Phœnissis.

ἀκῆω.) *τίς ἀκῆσι λέγει*. Quere q audiāt.

ἀκῆσια.) Ab inuitis fiūt, quæ uel ui, uel per ignorantiam fiunt. Aristoteles Ethicorum 3.

ἄκυρον.) Mulieris consultatio autoritate caret. Arist. Pol. 1.

ALABANDICVS solœcismus: & Alabanda Carum urbs fortunatissima.

ἀλάβασρον.) Pausanias in Atticis: Ibi conclauia sunt & tecto aurato, & alabastro lapide.

ἀλλὰ μὲν.) At apparet, eos, quos à uestra societate abduxerunt, seduxisse. Xenophon 3. de Græcorum rebus.

ἀλάσωρ.) Quos Alastoras & Palāncos uocant: ut memoriā quorundā inexpiatorum & ueterū piaculorū persequentes. Plutarchus de oraculorum defectu.

ALEXANDER Teius primus scripsit dialogos. Athenæus II. Alius Alexander Miles.

Milesius & Mendius.

Alexander Aphrodisiensis, discipulus Sofigenis sub Antonino & Seuero.

Alexander Asclepiadae F. grammaticus, cognomento eruditissimus: qui de omnigēa materia libros scripsit 2 & 40. Steph. in uoce *ισότης*.

ALCETAS, frater Perdiccae.

HALMONIA prius dicta fuit Minoa. Stephanus.

άλωπηξ.) Quo in loco uulpes minxerit: is locus eo anno sterilefcit. Solō: Vestrū quisq; fecat uapidā uestigia uulpis.

AMATHVS, urbs Cypri, Amathuse, mater Cinyrae. Steph.

ἀμιλλώμαι.) Instar antiqui illius tibicinis, uel cum Musis certauerim. Gal. de curatione.

AMMONIUS, magister Plotini.

Ammonius, minor, Hermie F. doctor Ioannis Philoponi, discipulus Procli.

ἀμωσγέτως.) Ordo & æquabilitas aliquo modo permanens, ciuitatē alijs erratis leuabat. Plutarchus Agide.

ἀμφιθέατρον.) Multos ob ea uariosq; ludos instituit: theatro quodā maximo coassato: qd' & Amphitheatrū q' in circuitu undiq; sedes siue scēas haberet, appellatū fuit. Diō li. 43. de Cæs. dictatore.

ἀμφίλορα.) Postulabant cōtrouersias in æquo prætorio disceptari. de rebus Græcorum 5.

ἀνακαλυπτήρια.) Tradunt, sacram esse Proserpinæ Siciliam. Nam & raptum ibi esse factum fabulantur: eamq; infulamin nuptijs ob resecta uerēda, ei esse datam. Plutarchus in Timoleonte.

ἀναλαμβάνειν.) Sophocles Philoctete. Turpe admissū facinus corrigere conabimur. Plato Legum 3. Mihi quidem uidetur opus esse, ut tanquā equum, sic disputationem subinde reducamus.

ἀναλαμβάνειν.) Plutarchus in Pericle. Inferior erat diuitijs & pecunia, quibus ille sibi pauperes cōciliabat. Xenophon rerum Græcarū libro 3. Imperium, quod ante tenuistis, recuperatote. Theologus Olympio: Grauis scilicet res est uiri mors: qui hodie est, crās futurus nō est: neq; ad nos reuertitur.

ἀναμάρτητος.) Plato Theæteto: Quicunq; peccati experts superstes fuerit: is in nos regnum obtinebit.

ἀναμαχόμενον.) Polybius 1. Studebat casum illum priorem, fortiter pugnando emendare.

ἀναπεμπάζειν.) Lucianus Hermotimo:

Quæ magister nobis dicebat, ruminabam, memoria repetens omnia.

ἀναπεμπάζειν.) Hoc uerbum prouerbij loco est: ut Ephorus libro decimo explicat. Miltiades, inquit, cæterarum insularum quasdam, factō excensu, uastabat: Parum uerò, quæ maxima & beatissima esset Cycladum, longo tempore obfidebat & oppugnabat. Iā uerò muris ruentibus, & urbem dediturus: sylua quadam circa Myconum fortuitō incensa: Parij Datin signum sibi dare rati: pactis & conuentis non steterunt: nec urbem Miltiadi tradere uoluerunt. Vnde adhuc prouerbio *ἀναπεμπάζειν* dicuntur foedifragi. Steph.

ANNACVS quidam uixit annos amplius 300. Cum autem finitimi oraculū consulissent, quo usq; uicturus esset? responsum est: eos omnes, hoc defuncto, interituros. Quo Phryges audito, ualde lamentati sunt. Vnde prouerbium: Tempora Annaci deplorare: de ijs qui ualde quiritantur. Facta autem Deucalionea inundatione, omnes interierunt. Steph. Sed mendū uidef, & scribendū *Νάννακος*, *ἀνάστασις*.) Aeschylus in Furijs. Semel mortui nulla est resurrectio. Christianæ religioni contraria sententia, & planè Furiosa.

ἀνάστατος.) Nos Trachine hac extorres, apud hominem hospitem habitamus.

καίσε βλέπασαι, δεύρ' ἀνίε πάραθά.) Prouerbium in commētario Aristophanis: Illuc respiciens, bona huc confer.

ANTHEDON.) Oraculum. Nō Anthedonius cū sis: de fece bibēdū est. Plutarchus in descriptiōe capitū. Græcorū.

ἀντα.) Demosthenes contra Aristocratem: Omnia sursum deorsumq; miscuit: *ἀντιγραμονήσειε*.) Xenophon in 4. Cyri instit. Nemo sententiam his contrariam dixerit.

ANTIGONVS.) Motho, uicus est Arabiæ, in quo Antigonus Macedo à Rabilo, rege Arabiorū, interijt: ut Vranus tradit in 5. Steph.

ἀνπλάξ.) Euripides Oreste: Vicissim & bona apprehende.

ἀντιλαμβάνομενοι.) Demosthenes i. Olynthiaca: Curam rerum suscipite, dum tempus fert.

ἀντιόχεια.) Gadara Cœlesyriæ Antiochia & Seleucia uocata fuit. Hic natus est Menippus, serius nugator. Steph.

ANTIOCHVS Soter, & Callinicos est cognominatus. Lucianus Zeuxide.

Antiochus Olor, Afcalonita, Philoſophus Academicus. Steph.

ANTIPHANES Bergæus, è Berga, Thraciæ urbe, poeta Comicus qui adeò incredibilia conſcripfit (ut aiunt) ut pro uerbium inde extiterit, Bergaiſſare, pro, nihil ueri dicere. Steph.

ἀντίφηφον.) Plato Alcibiade 2. Abſit ut ſuffragia feram deo contraria.

ἀνυπόστειν.) Viribus in bello præditus; 10 quibus nemo poſſet reſiſtere.

ἀπαγορεύει.) In multis actionibus multa etiam impedimenta occurrunt. Xenophon 6. Inſtit.

ἀπαρτίαν.) Inſtructio adhibenda eſt pro magnitudine & dignitate imperij. Politicorum 5.

ἀπας.) Iudicat melius populus & de Muſices & de poetarū operibus. Nā alij aliam particulam: omnes uerò, omnes. 20

ἀπείρηκ' ἐν κακίς.) Sū defatigatus malis. Eurip. Oreſte.

ἀπήληγσαν.) Priuatis defuncti doloribus ſalutis publicæ curam ſuſcipitote.

ἄπυσον.) Reſpublicæ fidem habere tyrannīs nō debent. Demotheſes 1. Olynthiaca. Pleriq; mortalibus eſt infidus amicitia portus. Sophocles Aiace.

ἀπὸ.) Demoth. 1. Philip. Sociorum ueſtorū opib. uos oppugnat. Ariſtoph. E' 30 pueris æſtimari maximè poſſe. Euripides. Secus ac ſperaram, nō quemadmodum ablegauit te, recepi.

ἀπογνώσκω.) Neq; quicquam uel rectè uel ſecus eſſe factum pronūciato, priuſquam audierit.

ἀπολογῆμαι.) Iſtis deſenſio longè deterior eſt accuſatione.

APOLLOPHANES Stoicus, Aſibenus. Steph.

APOLLONIVS cognomento Mollis, Meneclis diſcipulus, Rhodi eloquentiam docuit.

ἀπόρητα.) Euripides Phœniſſis. Hoc unum eſto ex arcanis Reipublicæ.

ἄπυρος.) Aquilo, uentus magnus, cui obſiſti nequit.

ἀποπροφή.) Omni alio confugio deſtituti. Plutarchus Timol.

ἀποτίνε.) Vlcifici Deo nefaria & iniuria 50 facinora. Theſmophoriazuſis. Ariſtoph.

ἀποτόμος.) Reſ neq; turpes, neq; honeſtæ ꝑciſe ſunt: ſed ꝑut ijs homines utuntur, plurimū differūt. Demoth. in Amatoria: Oratori omnino utendū eſt & uerbis ciuilibus, & argumētis quæ reſ ipſæ ſuppeditant. Iſocrates Euagora.

ἀποτέροιμοι.) Ex eo ſactificant & malorum depulſoribus & ſeruatoribus. Xenoph. Græcarum 3.

ἀποτυγχάνω.) Nihil unquā iſti, qd' à me petijt, negaui. Deoſth. aduerſ. Nicoſte.

ἀπόφανσις.) Areopagiti ſenatus declaratio. Dinarchus contra Demo.

ARACYNTHIA Diana, ab Aracyntho, Bœotiæ monte. Steph. (piendū.

ἀραδου.) Bellum iniuſtū non eſt ſuſcipi.

ARATVS, Clinia & Ariſtodames ꝑ. Sed dicūt re uera Aefculapio natū eſſe. Pauſanias Corinth.

ARATINVS, antiquiſſimus poetarū q̄s nos nouimꝰ. Halicar. Arbius Iupiter, qui in Arbia Creta mōte colitur. Steph.

ἀργυρίς.) Argētea & aurea phiala præmia dabantur uictoribus. Herculanorū ludorū ab Atheniēſibus. Scholiaſtes Od. 17.

ἀραγὰ τεοφῆ.) Tenuis niſtus. (miā.

μη κακῶ φάτιν ἄρη.) Ne ſuſcipias infamiam. Athenæus 6. Adulatio nūc obſequij nomen obtinet.

ἄρειος.) Aefchylus Furijs. Arcopagum hūc, Amazonum ſedem. Et tabernacula, cum uenirent inuidentes Theſeo.

EXERCITVM ducentes, & urbē recentem. Hanc altis turribus præditam, tunc alijs turribus oppugnarunt.

MARTI porrò ſacrificarūt, hinc habet nomen.

RVPEs, & collis Martius Ariſtippus Lariffæus in Menone Platonis.

ARISTODEMVS Nyſaenſis, diſcipulus Menecratis, diſcipuli Ariſtarchi: & alius Ariſtodemus, cōſobrinus huius: q̄ Magnum Pompeium inſtituit. Strabo.

ARISTOMACHVS Cleodæi ꝑ. Hyllinepos, pater Ariſtodemi & Temeni, & 40 Creſphōtis. Herod. Eratōe. & Pauſ. Cor. & Ariſtomachus, tyrannus Argiuorum. Pauſa. Cor.

ARISTO Peripateticus ex Iulide oppido Ceæ inſulæ. Steph.

ARSINOE.) Ephēſum tēpeſtate merſam aq̄s Lyſimachus trāſtulit: & ab uxore ſua uocauit Arſinoen. Quo deſuncto priſtina appellatio recepta eſt. Steph.

ARSACE, Raga, urbs Media. Steph. ἀρνα.) Integris mēbris & mentibus. Mētibus & ſenſuum integritas. In politicis.

ARCHELAVS, rex Macedōiæ de quo multa ſunt apud Platonem in Gorgia.

ἀρχή.) Ariſtoteles de Poetica: principium eſt, quod nō neceſſariò poſt aliud exiſtit: ſed poſt qd' Natura fert ut aliud ſit aut fiat.

ἀρχῆ.) Perſæ principio dāt operā, ne ciues euadāt improbi. Xenoph. Inſt. 1. & Pauſ. Elei antiquitus deteſtātur, uel in iō in agro ſuo id animal extitiſſe.

ἀρχων.) Prætori mandata erat cura hæreditatum, pupillorum, parentum. Demoſthenes aduerſus Lacritum.

ASIBE, Antiochia Meſopotamiæ dicitur ab indigenis. Steph.

ASEVS, regio terræ Mileſiæ, & Minerva Aſeſia Herodotus Clione.

ASIA quondā dicta eſt Lydia. Scholiaſtes Apollonij 2.

ASCLEPIADES argumenta Trægœdiarum ſcripſit. Fuit & alius, philoſophus Eretricus. Galenus de uenæ ſectiōne aduerſus Eraſiſtratū: Adeō contentioſus fuit Aſclepiades, ut propemodū uniuerſa ueterum dogmata loco moueret: neq; ulli priorū nec Hippocrati parceret. Itaq; medicinā ueterū, mortis meditationem appellare non dubitauit.

ἀσκληπιάζειν.) Galenus ad Glauconē 2. Altero pede puerum utribus inſilire iuſſerunt, ut maior uictus pars eō ferretur.

ἀσπίς.) Rotundi fuerūt clypei ueterū.

ἀσπάλθος.) Hac ſpīa iēti cerui moriūnt.

ASPASIA fertur linguam Periclis ad Gorgiæ rationem acuiſſe. Philoſoph.

ATTICVS, Platōicus qdā philoſoph.

ἀτυχήσαι.) Nihil non, quōd æquū fuerit, impetrabit.

ARYS, quidam ex poſteritate Herculis & Omphales.

ἀργαίω.) Heſiodus. Noli alios intueri.

ἀρθαίρετος.) Illa præ animi ægritudine uoluntaria morte obit. Græcarum 6.

AVLA Iouis, Prouidētię dñā. Prouerb.

ἀυραί.) Auræ facilius & ſcriptis in aqua literis tutius creditur, quàm hominū rebus ſecundis. Theologus.

αυσονίων.) Auſonius ſinus, qui Italię ab occidentalibus partibus inſunditur: ab accolis Auſonibus dicebat. Sed poſtea quam Tyrreni maris domini euaserūt: nomen illud in hoc quod nunc habet, mutatum eſt. Halicar. 1.

αυτάρκεια.) Herodotus. Nullius hominis corpus in ſe uno acquieſcit. Clione.

ἀχυρα.) Ariſtophanes Acharnēſibus. Inquilinos, ciuium paleas eſſe dico.

βαπτίζω.) Oraculum: Vt aqua tingetur: at haud demergier eſt fas.

BARDI, poetæ Gallici.

BARDINE, fluuius iuxta Damascū. Stephanus.

βασιανίζειν.) Plato 2. de Repub. ait, quia

praua opinione non imbuitur, explorata ſit eius iuſticia.

βασιλεύς.) Rex apud Athenienſes fuit, qui ius diceret gymnafiarchis, & ijs qui aliquem impietatis accuſarent. Demoſthenes aduerſus Lacritum.

BLOESSVS Serioridiculornus poeta, Capreota. Steph.

βολβός.) Prouerbium. Farina ni ſit addita, bulbus haud iuuat. Ath. 2.

BELLEROPHONTES initio dictus Hipponus (quasi Equiſapientem dicas) interfecto Corinthiorum principio Beltero, ſic appellatus eſt. Schol. Il. 6.

βήμα.) Craſſitudo ſtirpis Indicarū arborum quarundā eſt amplius * ſexaginta paſſuum. Theoph.

βίαιον.) Ariſtoteles Ethicorum 3. Violentum cuius principiū extrinſecus eſt: & quidem tale, ut is qui uel agit uel patitur, nihil conferat: ueluti, ſi quo uentus impulerit.

βίος.) Herodotus. Homines inopes illi quidem: ſed qui laborare uellent.

BOSPORSVS ab Iōnis traiectu dicitur. Aeſchylus Prometheo.

βυλομένω.) Ariſtoteles Eth. 4. Is luxu perditus appellatur, qui unum quoddā habet malū, ut rem familiarem euertat: & ipſe ſibi autor eſt interitus.

BVSIRIS Neptuni & Libyæ F. quæ patrē Exaphian, Iouē auū habuit. Iſoc.

βραβεία.) Polybius. Non pleraq; ſed proſus omnia, impetu magis, quàm ratione à Gallis adminiſtrantur.

BRANCHVS, amaſius Apollinis.

βρόχος ὡς ἀληθῶς ἐστίν.) Prouerbium. Reuera laqueus eſt.

βύσι.) Galenus Curationis 1. Fatuus quidā, ſe reperire poſſe negauit, quidnā in cribro obturaret, aut non obturaret.

γέλως.) Philip. 4. Nunc quidem ridiculè res adminiſtramus.

γυρα.) Herodotus Euterpe. Tres ætates uiroꝝ ſunt anni centum.

γυράτης.) Ipſe ſicm Geneata: ſed eſto beata Corinthus. Legendum Teneates.

GIGANTEAM uocant quidam Arcadiam. Steph.

γλαμυρός.) Lippus regnat in Cæcorū ciuitate.

GLAVCVS Chius reperit coagmentationem ferri. Herod. Clione.

γνώμη.) Eurip. Helena. Mēs defunctorum uiuit illa quidē: ſed ſentētiæ dictiōnem non habet.

ζεάματα.) Vt prouerbio dicitur, neq;

literas neq; natate nouit. 3. Leg.

GYLIPPVS Syracusas liberauit, & inedia sibi necem consciuit. Athe.

DAMON fert Pericle docuisse Musicā.

DASTYLES, Tantalī F. pater Lyci.

DAEDALIDAE siue Dēdalēses, Municipium Atticum.

DAESIVM mēsem Antheſterionem uocant Attici.

Δεινά.) Præstātissimis esse animis rectè iudicantur: qui & molesta & iucūda certissimè sciūt. Thucydides li. 2. Aeschylus. Sapiens est, qui Deos colit.

Δεί σοι.) Aristoteles polit. 8. Quibus secundissimæ res esse uidentur: ijs singulari iusticia, & magna prudentia & modestia uehementer opus est. (hibetur.

DELVS aliquādo natatilis fuisse per Δημοκρατίαν.) Diodorus. Tribuni plebis concitant populum.

DEMOSTHENES medicus apud Galenum: & uersificator, qui scripsit Bithyniaca. Stephanus.

DEMOPHILVS, Ephori F. qui reliquam historiam absoluit, ut ex Athenæo apparet.

Δημοφελῆς ἔσως ἀνοί λόγοι.) Sermones populo utiles habeantur.

Δήπρεθεν.) Aristophanes: Reddet utiq; bonos omnes & diuites.

Δίξ.) In luctu senectutē agēs. Instit. 4.

Δί οὐκ.) Euripides. Miserescat te fortunarum mearum.

Διαχειρίσαι.) Cum sciret, nullo posse modo fieri, ut bina regna administraret. Herodotus 3.

Διαρῶν.) Qui quàm rectissimè celerimeq; rerum ambiguarum inueniat explicetq; rationem. Xen.

Διαίτων.) Multa dijs præstiti constituta legibus: multa hominibus iusta, nec inuidiosa. Thuc.

Δικαιος.) Nos, te conseruato, periculum hoc adire æquum est. Plato.

Δικαιῶν.) Plebs petulans à præstātissimo uiro subacta, castigatur. Dionys. 7.

DIONYSIVS, illustris medicus è Cyrtō Aegypti urbe: unde Cyrtus, nō à gibbo. Steph.

DIOSPOLIS Arabica urbs, olim Berytos. Steph.

DIPYLVS, Porta Atheniensis, Thriasia quondam dicta. Plutarchus Pericle.

Δόξα.) Non in eodem sunt Phantasia & opinio. Endemiorum 8.

Δόρυ.) Polybius 4. Cum, secundū pronerbiū, simul & hastam & caduceum

missuri essent ad Byzantios.

DORICAM harmoniā ait Dositheus à Thamyra, in oppido Dorio inuentam esse. Steph.

Δωρῆμι.) Euripides. Nolo ego pauper dona dare tibi diuiti: Ne me amentē putes, si dando poscere uidear.

Δυσόρεσκος.) Diphilus. Parasitū ne agat homo fastidiosus. *Gast nim fir gut uie mā dir tut. Dan uuarum? du gibst nichts darū.*

Inscriptio est Xenodochiorum. Hoc dictum æmulatus D. ZVINGERVVS aliquando ad me scripsit: *Δεί τῶν χαλκογράφων οἷα διδῶσι λαβεῖν.* Cui ego rescripsi:

Δεί τῶν χαλκογράφων { οἷα φρονῶσι λέγε
οἷα λέγεσσι πλεῖν

nisi fortè boni uiri (quod adfit) non sint chalcographi. (Steph.

AEGYPTVS, nomē regiōis & fluij.

AETHIOPS, fluius. Aeschylus.

ἄστυγμα.) Sic qui dextrè, se hominum morib. accōmodare possunt: nō modò præsentēs, sed absentes etiā & longè remoti, relinquūt quædā, eaq; ualde fortia beneuolentiæ erga sese incitamentā. Polybius 4. de Cleomene Spartano.

αἰδοτήριον.) Ne mors per fenestras nostras ascendat. Sic enim existimo uocari sensuum instrumenta. Theologus.

αἰσμητήριος.) Regni genus est quod delectu cōstat. Sic Mitylenæi quondā dicta torē dixerūt Pittacū cōtra exules, quib. præerāt Antimonides & Alcaeus poeta.

AESCHYLVS Alexandrinus.

AETOLVS, Endymionis F.

ENCELADVS, unus è gigantibus.

ἐγκυκλίσις.) Ad nihil eorū, q̄ indies agenda sunt, utilis est audacia. Sed si quæ eius utilitas fuerit: ea ad bellū pinebit.

ἐγχωρῆ.) Plato Phædone. Ne uerò festinaueris. Satis enim adhuc spacij est.

ἐκλειψίς.) Scholiastes Apollonij in 4. Argo. Quidā existimāt, Lunę defectū fieri, cū à ueneficis mulieribus detrahatur.

ἐκμαγειον.) Plato de Legib. Timæus Lorenſis MATERIAM, expressam imaginem, & matrem, & nutricem appellauit.

ἐκείσια.) Aristoteles Ethicorum 3. Voluntarium id est, cuius principium est in ipso homine, gnaro singulorum, in quibus actio uersatur.

ἐκπλήσις.) Delectatio mœrorē excutit.

ἐκφόριον.) Princeps ac præstātissimus reditus est ex agricultura. (lia.

ELAIRA soror Phœbes, Leucippif.

HELICON Aestæ F. Cyprius Salaminus, textor. Ath. 2.

ἰμῶν

ἐμβόλημα.) Ea canere, quæ ab interponendo Embolima dicuntur, primus Agatho capit. Aristot. de poetica.

EMPEDOCLES siue Metonis siue Melitonis F.

ἐν πίθῳ.) A' dolio figlinam auspicari. Plato Lachete.

ἐπισόδιον.) Aristoteles de Poetica. Odyssæe prolixus sermo est de quodā multis annos peregrinante, & * uel à solo¹⁰ Neptuno impedito. Cum uerò eius res domesticæ eiusmodi essent, ut opes à p- cis consumerentur: & filio insidiæ struerentur: ipse cedit tēpestatibus iactatus: cumq; quosdam agnouisset: aggressus eos, ipse quidē incolumis euasit: inimicos autem interfecit. Atq; hæc propria sunt: cætera accessiones.

Ἐπιόντα.) Cū, quæ cuiq; fortuna instet, incertum sit. Contra Aristot.

Ἐπιπέτη.) Multis ministris eget ciuilibus consociatio.

EPICHRMVS, oriūdu Crasto, Siccanorum oppido.

ἐρμαί.) Mercuriales statuæ, siue lignæ, siue lapideæ, quadrangulæ: quæ supernè habebant faciem Mercurij: Infernè uerò in latitudine, inscriptiones.

HERMODORVS Ephesus, amicus Heracliti.

HERMON Pelasgorum rex, & Hermon Træzenius statuarius.

ἔρατ (⊙) *μυσῶν*.) Mysorum ultimus. De contempto homine.

EVAGES Hydreata, fuit illiteratus opilio, & cæterarum utiq; disciplinarum ignarus: sed bonus poeta Comicus.

EVAGORAS fuit & Cypri tyrannus.

EVDORVM defensionem scripsisse uoluptatis, è 2. Ethicorum Nicomachiorum apparet: atq; in 8 dicitur supra modum fuisse temperans.

κλεομένην.) Cleomātin Delphū nominat Lycurgus: cui & ipsi & posteris eius uictus in Curia perpetuus sit decretus.

EVMOLPIDAE, sacra pars Athenis quæ cum Eleusine ius diceret: impietatis apud eos causæ agebantur.

EVRYSTHENES & Patrocles siue Procles, reges Spartatarum. Plato 3. de Legibus.

EPHIALTES cum Pericle in ordinē coegit Senatū Areopagiticum.

EPIALTES prodidit Græcos in Thermopylis.

ἔπιπρωοί.) E. *εὐπιπρωοί*. Hyrcanij & tum habebantur & habentur adhuc boni equi-

tes. Quamobrem eis utebantur Assyrij: quemadmodum Lacedæmonij Sciritis. Institut. Cyril. lib. 4.

EPHYRVS Myrmecis F. quæ fuit uxor Epimethei. Vnde Corinthius ager Ephyra dicitur. * Steph.

ECHENATIDAS, philosophus Peripateticus, familiaris Aristophanis.

ZOILVS. Ad istum quidem modum & Zoilus erit clarus, Homeri statuā uerberando. Gal.

εἰς.) Neq; crimina obijcere, neq; obiectis aures præbere, prudentiæ est.

HEGEMON poeta heroic⁹, qui Leuctricum bellum descripsit. Steph.

HEGESIANAX, grāmaticus, qui de dictione Democriti scripsit librū unum, & de uocabulis poeticis. Steph.

HELIODORVS Atheniensis, tragœdiarū poeta: uersib. scripsit letaliū uenonū compositionē: ut & Orpheus, qui Theologus uocatur, & Orus Mēdesius iunior, & Aratus. Galenus de Antidotis.

EOEE, Ascraea, Hesiodi amica. Ath.

HERACLIDES grammaticus Cilix. Erimna, Tenia esse scribitur.

HERODICVS, frater Gorgiæ.

IASON dictus est, quod medicinam apud Chironem didicit.

ICCVS, Tarētinus medicus 70 Olympiade, item pugil.

ION Alexandrinus, philosophus Platonius, laboriosus, auditor Ammonij, Hermiæ F.

HIPPOBATAE, apud Chalcidenses dicuntur crassi, hoc est, diuites: quasi cōscensores equorum.

HIPPOCRATES fuit è familia Nebridarum, clarissima inter Asclepiadas, filius Heraclidæ: pater Thessali & Dracōnis: q & ipsi alios Hippocrates genuerūt.

HIPPVS & Cyaneus fluuij sunt ambientes Aeam, urbem Colchorum, atq; Peninsulam efficiunt. Steph.

HIPPON philosophus dicebat cœlum esse * suffocatore.

ἵππο (⊙).) Plutarchus Them. Equi asperimi sæpè fiunt optimi.

ISMENIAS diues quidā Thebanus. *ισμοίρας*.) Iseus. Lex omnes germanos liberos æquam hæreditatis capere portionem iubet.

ICHNVS A dicta est Sardinia, à uestigij humani similitudine.

THEOGITON Peripateticus, ex Tragæa insula, uicina Cycladibus, familiaris Aristotelis.

THEODECTES Phaselita Tragicus, qui ter & decies certauit, & octo coronas meruit.

THEODORA, uxor Iustini.

THEOPOLIS, Antiochia.

THEOPOMPVs Spartæ rex, primus adhibuit ephoros, quasi iuspectores dicas, regibus.

θυμομαχῆντες.) Usq; ad extremū spiritū animosē pugnantes, uitā prius quā uirtutem reliquerunt. Diodorus.

θυραυλῆν.) Mulieri est honestius manere domi, quā in publico uersari. Xenophon. Oecon.

κατὰ γράματα.) Solent Athenienses porcellum mactare, & subsellia sanguine aspergere.

κακὸν κακῶ.) Orestes in ultionē patris occisa matre, malo malū est medicatus: factus pius & sceleratus eodem.

CALLISTRATVS historiam de Samothracia composuit.

καλοπόδιον.) Vno ligni pede omnes succingere. Prouerbiū Gal.

CANACHVS, Sicyonius statuarius.

καπνόν.) Dum fumum fugias, in ignē incidere. Plato.

CARDIA, urbs Thraciæ, Lyfimachia postea dicta.

CERASIS & Cerasias dicitur Cypr⁹, quod multa habet promontoria.

κίρρον.) Leuissima quæq; uina deligenda sunt (s. ægrotis.)

CLEODAMAS Achnæus, scripsit de re equestri, & domandis pullis equinis.

CLEOPHANTVS F. Themistoclis.

CIMONIS auum, ob uacordiam

COALEMVM fuisse dictū tradit Plutarchus.

COLOSSAE beata Phrygiæ urbs.

κολύβει.) Hero dotus. Solet Deus elata omnia premere.

COLOTES Epicureus, librū ad Ptolemæū scripsit: quo philosophos omnes perstringit: & hoc antiquior pictor.

CONTHYLE, municipiū Ptolemaicæ tribus.

κρωνή.) Adolescentulam mulierem subijce seni effœto. Oraculum.

COTINVSA, Gades dicuntur, q̄ Olea stri in ea feliciter proueniant.

LAIs meretrix ex oppido Siciliæ Hycara.

LAODICE, soror Antiochi: unde Laodicea.

LVCIVS, grammaticus Tarraeus, cuius libri 3. de prouerbiis optimi sunt in

manibus: itemq; de literis & Technicâ elegantissima. Steph.

LYGDAMIS, tyrannus Naxiorum. Hesychius ait, eum etiam, qui Diana templum cremarit, Lygdamidem fuisse uocatum. Fuit & Lygdamis Halicarnassensis, pater Artemisiæ.

LYCVRGVS, relicta Charilai tutela in Cretam, ad Lyctios, Lacedæmoniorum colonos se contulit: ne quam legē soluere cogeretur. Aristot. Pol. 7.

MANES, pater Atys, qui Lydum genuit: à quo à Lydia nomen habet.

MARPESSA, mons Pari, unde saxa exciduntur.

MAENALVS, Lycaonis F. unde Mænalus, oppidum Arcadiæ, iuxta mōtem Mænalum.

MAEONIA, Lydia, à flumine Mæone, qui circa terrā Achæidē fluit. Steph.

μέθυ.) Veteres, numen uenerantes, seque hilaritati dantes, potionem temētū appellarunt.

METAPONTIVS, qui & Absyrtus, Medæ frater.

MOLON, rhetor Alabandensis, discipulus Meneclis: qui cum Rhodi docuerit, Rhodius uocatur. Strabo.

MORGES post Italū regnauit: à quo Morgetes.

MYCONVS, una è Cycladib⁹, ubi fitos esse perhibent gigantes* ab Hercule pullos. Vnde prouerbiū: Omnia sub unā Myconū: de ijs qui natura distincta, coniungunt: & Myconius caluus: quod id uirtium ei loco familiare sit. Steph.

NICOPOLIS appellata est Iesus, cū Darium uicisset Alexander. Steph.

οἶνον.) Prouerbiū, Vinum nō habet gubernacula. & Vina iubent saltare senem, licet ipse recuset.

HOMOLE, Mōs Thessaliæ & Thebarū: quæ ad montē sitæ Homoloides dicuntur.

OPICI, populus Italiæ. (Steph. *ὄριον.*) Sic uidendum, ut non uideas: & sic audiendum, ut non audias. *Man muss übersehen, und überhören.*

PERDICCAM ait in Gorgia Plato, fratri Alcetæ imperiū eripuisse: q̄ Alcetas ab Archelao, serua ei⁹ nato, fuerit interfect⁹.

πέτρα.) Gutta cauat lapidem, non ui sed sæpè cadendo.

κυνός κεφαλή.) Thebarū locus est. Caput canis, unde oriūsus est Pindarus poeta melicus Bœotius, Daiphanti F.

πυπέριον.) Prouerbiū. Improbis argento uendere cuncta solet.

PITYVSA, olim dicta est Miletus, quod multas haberet pinus.

πλέον ἤμισυ πωπός.) Plato Legum 3. Dimidium plus toto, cum totum capere nocet, dimidium expedit.

POMPEIOPOLIS, Soli oppidum, à Pompeio instauratum.

ποτνιαδες πωλοι.) Potniades eques, in fu-
rorem acta, Glaucum Sisyphi filium herum
suum Potniis Bœotiae deuorauit.

πτι.) Doricum prouerbium: Lapis est
amussi accommodandus.

PTOLEMAIS in Libya est Barce.

PTOLEMAEVS, qui Alexandrum apud
Oxydracas conseruauit, Soter est
appellatus.

PYTHIA, mulier quaedam diuarcatis
cruribus. Apollinis insidere tripodi di-
citur: unde malus spiritus inferne exha-
lans, & per genitales eius partes distribu-
tus, furore illam complet. Quæ resoluta
capillo postea bacchatur, ac spumas ag-
git, & sic alienata mente, insana uerba ef-
fatur. Chrysostomus.

PYTHOPOLIS, Antiochia Cariae;
quæ & Nyssa.

RAMATHA, Laodicea Syriae.

ράμαξ.) Ex quo tempore Siciliam Græci
tenuerunt, ter Aetnam flammarum glo-
bos ei aculatam esse tradunt.

SAGARIS quidam cum Homero ui-
uente concertauit.

SAMVS. Cum Athenienses urbe tra-
dita, Samum sibi relinqui postularēt, La-
cedæmonij responderunt: Cum ipsi ue-
stri non estis, tunc & alios habere uultis?
Vnde prouerbium.

Samum petit, qui semetipsum non habet.

SATYRVS antiquas fabulas collegit.
σελιών.) De iis qui calamitatibus confi-
ctantur, dicitur, Eos Lunam detrahere.

SELINO eget. De iis qui periculose
ægotant, quod monumenta mortuorum
ferè selino coronare soleant.

SILENI, sunt satyri etate pueriores.
σημεία.) Theophr. Cum acida malus pu-
nica dulce pomum gignit, & dulcis aci-
dum, id haruspices prodigium & con-
tra naturam esse censent.

SIBYLLA Erythraea Mermessia fuit,
ex oppido Phrygiae, rubri coloris.

SIMPLICIUS & Eulabius Phryges,
discipuli Damascij. Quaquam ipse Sim-
plicius, præceptorem suum nominat Am-
monium s. Physices.

σιωπή.) Theol. Silentium, esse assensum,
& prouerbium docet. Plato: Statuo te

assentiri, cum non respondeas.

SCYTHINVS, poeta iambicus, Tei:
σύνφθ.) Athenæus II. Eam pateram
Teleboæ dat filio suo Neptunus: Tele-
boes Pterele: hoc capto discessit ex Ana-
ximandro.

SOLYMI, olim Myliæ, & regio My-
liana.

SUSA urbs, ob amœnitatem & liliorum
abundantiam sic à Persis appellatur.

SPADA, pagus Persicus, in quo pri-
mo facti sunt eunuchi, unde spadones
dicuntur.

σύν.) Post pisces ficus, post carnes le-
gumina. Gaudet auis ficu: sed eam plan-
tare recusat.

σρακῶσαι.) Aiunt Miscellum Crotonis
& Syracusarum Archiam conditores, cum
oraculum Delphicum consulerent, à Py-
thia interrogatos, diuitias ne an sanita-
tem expeterent? ac Miscellum sanitatem,
Archiam diuitias postulasse. & huic Sy-
racusas, illi Crotonem condendam de-
disse. Vnde factum, ut Crotoniata salu-
berrimam incolerent urbem & pugiles
existerent: Syracusani uero tantis essent
opibus, ut de sumptuosis prouerbio ia-
ctaretur: Ne Syracusarum quidem deci-
ma illis sufficeret. Sphaerus (globus) Em-
pedoclis intellectibilis Mundus.

τεμάχη.) Aeschylus tragœdias suas di-
xit esse frustra quaedam magnarum Ho-
meri cœnarum.

TENEDIVS tibicen. De iis qui falsum
testantur. Tibicinem enim Philonome ad
Cygnum adduxit, pro testimonio dicen-
tem: Tenuem ipsi uim facere uoluisse.

TERMERIA mala. Hercules Terme-
rum, con fracto eius capite, interemit: quod
(ut probabile est) obuios capite perdidit.

τετρακτύς.) Quaternio. Proclus in Ti-
mæum: Quadrariam in uniuerso ele-
menta disponuntur: habita ratione cœ-
lestium & æthereorum: eorumque quæ &
supra & infra terram sunt.

TIMOTHEVS, citharædus Milesius,
fecit legum citharædicarum libros 18.
numero uersuum 8000. & pronomina
aliorum 1000. Mortuo in Macedonia hoc
in scriptum est:

*Patria Miletus genuit Musis uenerandum
Timotheum, citharæ, qui regit arte manus.*

TIMOCREON Rhodius, Comicus
& quinquercio: de quo extat epigramma:
*Multa bibens, & multa uorans: mala multa
loquens.*

Dum uiuo: hic iaceo Timocreon Rhodius.

TISA-

TISAMENVS, Orestis & Hermiones filius.

TVRCVS Eustathius in descriptorē orbis ait: Hunnos seu Thunnos à Persis uocari Turcos, qui uersus Septentrionē * Orientis habitent.

τιῶτα.) Secūdū uetus uerbū Tibi ista placent scilicet: mihi hæc. Ath.

HYDRVSA, sūma urbs (arx) Iapygiæ. Hydrussa, Tenos, insula ex Cycladib.

ὑπαιρ.) Neq; uigilans neque somnians. Plato.

HYPERBOLVS, homo improbus, qui Samij periit. Thuc.

ὑπερον κοσμεῖν.) Pistillum ornare uideatur studium minutarum rerum indicare. Demetrius.

ὑπερορκεῖσιν.) Dionysius Heracleæ tyrannus præ delitiis, & ob quotidianā ingluuiem, paulatim obesus factus, difficultate spirādi & suffocatiōe affectus est.

ὑποθέσις.) Primæ hypotheses quamuis nobis probabiles, sunt tamē accuratius considerandæ. Plato.

ὑποκαύμα.) Hippocrates. Seni parū est calidi. Quapropter paucis egent calefaciētibus. A multis enim extinguit.

ὑπομνημα.) Breui cōmonefatione & admonitione res uobis persuadere maximas conabor.

φαλακρός.) Gregorius. Nec uulgari puerbio sum factus cautior: quod uetat caluum arieti aduersa fronte occurrere.

PHARNVCHVS Asibenus, Persicas historias conscripsit.

PHILOLAVS Corinthius leges Thebanis tulit.

PHILOCYPRVS cum Solone Solos condidit.

PHOBVS quidam primus è Leuca de se demisit.

PHOCICA desperatio. Prouerbiū de ijs qui * extrema capiunt consilia.

Φοίνισσα.) Menander. Phoenix statim fio: altera manu do, altera capio.

Φύλακ(ος).) Plato: Custodem egere custode, ridiculum est.

Φυλαί.) Antiquæ tribus apud Athenienses sunt 4. Aegocerenes, Argadæses, Geleontes, Armati. Theramenes: desertor & proditor natura fuit.

CHARONDAS Catanæus, illustrissimus legislator Italorum & Siculorum. Plato.

CHARYBDIS, Fretū. Mare inter Rhegium & Messanam: ubi minimum à continente distat Sicilia. Estq; Charybdis locus is appellatus, quo traiecit Vlysses dicitur. Quia uerò per angustias magna maria Siculum & Tyrrhenum ibi irrunt & fretum undosum est: merito Charybdis periculosa est habita.

χωλός.) Si cum claudo habitaris: saltē altero pede subclaudicabis.

CHONNIDES, Comicus Atheniēsis.

CHRYSOROAS (Aurifluus) fluuius mediam Mastauram, Lydiæ urbem interluens.

χαρμηλέων.) Lasus argutabatur, crudū piscem esse assum (ὀπίον & uisibilem & assum significat) & piscatoribus aliquando surrepto pisce, alteriq; dato, eū se habere, alter surripuisse negauit. Pater tuus aut diuersus est, aut idem cū patre meo. Quod si diuersus est à meo patre tuus pater: cū sit diuersus à patre: non erit pater. Sin idem est cum meo patre: meus erit pater. Laertius in Platone.

Finis accessionum, è clarissimi & doctissimi uiri Ioachimi Camerarij annotationibus: in quibus si qua è superioribus repetita sunt: lector ueniam det senili obliuioni: cum præsertim meum ἀντίγραφον Latini Suidæ ad manum non haberem.